



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LVII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 18. März 1324.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

rei Testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>.  
in Vigilia Joh. Baptiste.

*Nach Beckmann's Abschrift des Originals.*

LVII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 18. März 1324.

Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Comes Palatinus  
Reni, Dux Bawarie, sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis consulibus atque univertitati  
Burgensium in Primslaw presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Ad hoc sedulo  
noster versatur cogitatus, quomodo subditorum nostrorum commoda, presertim eorum subditorum,  
quos ingens extollit fidelitas, incremento continuo ampliemus. Moti ergo et inclinati evidenti fin-  
ceritatis vestre constancia univerva vestra atque Ciuitatis vestre predictae Jura libertates, proprietates,  
Pessiones, Donationes, Gratias, approbatas Consuetudines, quibus vos et Civitatem antecessores  
nostri quodam Marchiones Brandenburgenses clare memorie adornarunt, Insuper Privilegia, literas  
et Instrumenta per ipsos nostros antecessores vobis et Civitati super dictis Juribus libertatibus, pro-  
prietatibus, possessionibus, donationibus, gratiis et Consuetudinibus seu Contractibus aliis quibuscun-  
que rationalibus indulta et Concessa approbamus, ratificamus presentis pagine patrocinio solemniter  
confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostram infringere vel eam in aliquo temere  
impugnare. Quicumque vero hoc facere attemptaverit, inultus nullatenus pertransibit. Testes vero  
dicte nostre confirmationis, ratificationis seu approbationis sunt: spectabilis Vir Dominus Bertol-  
dus, Comes de Henneberg, nobilis vir Dominus Hinricus, Comes in Schwarzeborch,  
Wedego de Wolkow, Bertoldus de Bust et Kokefo, milites, Honorabilis vir Dominus  
Segerus, prepositus Stendaliensis, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Sweth per manum  
Hermanni de Luchowe, Anno domini Millefimo CCC<sup>o</sup>. Vicefimo quarto, dominica qua Cantatur  
Oculi mei semper.

*Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 50 u. 51.*

LVIII. König Ludwigs Bestätigung der Stadt Prenzlau, da selbige sich seinem Sohne dem  
Markgrafen Ludwig unterworfen hat, am 26. Juni 1324.

Ludowicus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Prudentibus viris Consulibus  
et univertitati Ciuium in Primsla, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Regia  
munificentia, licet omnibus esse consueverit liberalis, illos tamen gratiosius amplectitur et favore